Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Facies & propitiatoriū de auro mundissimo
duos cubitos. & dimidiū tenebit. longitudo
eius semissem & cubito latitudo.,
Quaeri solet quid propitiatoriū dicat quo ope
rienda sit arca. sed cum de auro fieri iubeat.
& tantae longitudinis ac latitudinis. quantae
arcam fieri praeceperit. Constat procul du
bio quia tabulā fieri uoluit auream tantam.
quanta arcā tegere sufficeret. quod uidelicet pro
pitiatoriū n̄ aliud quā dn̄m saluatorē. sed speci
alius in eo uiscera pietatis designat. de quo dicit
apostolus. quem ꝓposuit dr̄ propitiationem
per fidem in sanguine ipsius, Nam & ideo
desuper ponitur. quia sup̄ exaltat misericordia
iudicio, Unde & psalmista. Suauis inquit
dn̄s uniuersis. & miserationes eius super om̄a
opera eius, Duos quoq; cherubin aureos
& ꝓductiles. facies ex utroq; paste oraculi;
cherubin unus sit in latere uno. & alter in al
tero; utrumq; latus propitiatorii tegant. ex
pandentes alas & operientes oraculū; respici
antq; se mutuo uersis uultib; in propitiatoriū
quo operienda est arca in qua pones testimo
nium quod dabo tibi;